

Nicholas Staphorst

**Officina Chymica Londinensis, Sive Exacta notitia Medicamentorum  
Spagyricorum : Quae apud Aulam Societatis Pharmaceuticae Londin.  
praeparantur, & Venalia prostant ; Consilio Pharmacopoeorum & Approbatione  
Collegii Medicorum Londinensium exhibitum**

Hamburgi: Hamburgi: Schultze: Brendeke, 1686

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn768574919>

Druck Freier  Zugang





m 2. i. i. 2. i. l. A. f. ii / 756. z. i. t. u. g.

Discipel

1 m. 1 Tafel  


---

2  
3 m. 2 Tafeln.  
4 m. 4 Tafeln

Nb 40,014<sup>(75)</sup>

*Ex  
Bibliotheca  
Academicae  
Rostochiensis*









OFFICINA  
CHYMICA  
LONDINENSIS,

SIVE

Exacta notitia Medicamento-  
rum Spagyricorum,  
Quæ apud Aulam Societatis *Pharmaceu-  
ticæ Londin.* præparantur, & Vena-  
lia prostant.

Consilio *Pharmacopæorum* & Approba-  
tione *Collegij Medicorum Londinen-  
sium* exhibitum,  
*Opera & Studio*

NICOLAI STAPHORST,  
Oper. Chym. dict. Societatis,



Sumtibus Viduæ GOTHOFREDI  
Schultzen.

HAMBURGI.

Typis Henningi Brendekiani, 1686.

*m*





## Lector Benevole,

**P**ROdit hic in lucem Libellus ex  
*igne Chymico* extractus. Opus  
 mole per exiguum, usu non parvum;  
 certe purum: ut sit necesse est; & ab  
 omni Face liberatum, quod è Flam-  
 mis nascitur. Quale, quale est, beni-  
 gno Animo accipias velim. Natura  
 quidem à Secretis esse me non glori-  
 or, & frustra essem si Mæandros e-  
 jus & Ænigmata explicare conarer:  
 Sed neque in animo unquam fuit,  
 Tyrones ad Pyrotechniam, quasi  
 manu ducere, multo minus erudire  
 Peritiores. Id duntaxat volui, ut  
*Chymie* Amicis indicarem, quomodo  
 Medicamenta nostra paramus, ne  
 miseris fortè Ægrotis Fallacias poti-  
 us struere videamur, quàm præstan-  
 tissima Remedia exhibere. Chymicæ  
 debemus quòd Opiata omnia & Cha-

lybeata, quòd *Mercurius, Vitriolum, Antimonium*, securè possint tractari, & tutò absorberi; adeò ut illius ope, de Naturâ & de Fato ipso, triumphos agere dicamur. Proinde huic Arti tam Necessariæ quàm Utili, nullos hic **Limites** figimus, quasi alia Medicamenta inveniri nequeant, præter ea, quæ hoc Catalogo continentur. Verum hoc operis fuit propositum, ut unusquisque pro certo habeat, nos in **Officinâ** nostrâ, non Venena, sed salutare Medicinas venales proponere. Postremò, si quis à me expectaverit alia Medicamenta Chymica præparanda, quæ aut proprio usui, aut communi bono quoquo modo inservire possint, adsum paratus operam daturus, nec cui officium meum aut Industria defuerit.

(1)



OFFICINA

CHYMICA

LONDINENSIS.

---

A.

Acetum destillatum.

**F**it ex Aceto Vini, quod dephlegmatur;  
& dein destillatur.

Æs ustum.

Lamina Cupri cum Sulphure stratifi-  
cantur & comburuntur.

Æthiops mineralis.

Fit ex Mercurio crudo, & Sulphuris flo-  
ribus, anaticè incorporatis & desflagra-  
tis.

A<sub>3</sub>

Alu-

## Aluminis Spiritus.

*Vide Sp. Aluminis.*

## Antihecticum Poterii.

*Reguli Antimonii Martiati & Stanni Anglicani partes aequales colliguntur, & cum triplo Nitri detonantur, unde postea Salia, ope aque communis, ad omnimodam dulcedinem eluuntur.*

## Antimonium Diaphoreticum.

*Antimonii p. i. cum salis nitri p. iii. detonatur, & Aquâ edulcatur.*

## Antimonium Diaphoret. fixum.

*Antimonii & Nitri ana ℥j detonantur, abluuntur Salia, Pulvis exsiccat, cum ana Salis Nitri rursus miscetur, & detonatur, detonatum ænuò abluuntur, & exsiccatum cum ana Salis Nitri detonatur. Massa hæc, in Aquâ, per aliquot horas coquitur, filtratur, & cum spiritu Aceti pulvis Albus inde precipitatur, qui, à Salsedine ablutus sicatur.*

## Antim. Magister, Diaphor.

*Antimonium cum Triplo Nitri detonatum, coquitur in Aquâ, filtratur, affunditur*

So-

*Solutio Aluminis, & Magisterium precipitatum abluitur.*

**Antim. Medicamentosum.**

*R. Antimoni ℥ v. Salis Tartari Albi ℥ i. Salis Comm. ℥ iv. funduntur l. a. in regulum, qui contusus, edulcatur.*

**Antim. Resuscitatum.**

*R. Antim. & Salis Armoniaci ana ℥i. commixta sublimantur, cum tribus cobobis, sublimatum cum aceto destillato digeritur, evaporatur, & Salia abluuntur.*

**Aq. Fortis Duplex.**

*Destillatur igne Reverberii ex Vitrioli & Nitri ana.*

**Aq. Fortis Simplex.**

*Fit ex Vitrioli p. ii. & Nitri p. i.*

**Aq. Fortis cum Alumine.**

*R. Aluminis calcin. Nitri ana ℥ij. Vitrioli ℥ij. destillatur.*

**Aq. Mellis.**

*Destillatur ex Melle l. a.*

**Aq. Regis.**

*Fit ex Aqua Fortis Duplicis, velesiam s<sup>o</sup>. Nitri, ℥ij. Salis armoniaci purificati q. s. sibi invicem incorporatis.*

A 4

Aq.

## Aq. Scimmii Sulph.

*R. Antimonij, Salis Nitri, fl. sulph. ana  
℥ss. destillantur l. a. in liquorem, qui filtra-  
tus rectificatur.*

## Arcanum Corallinum.

*Conficitur ex ℥ij. Mercurii Crudi, & ℥ss.  
Nitri ℥ij. sibi invicem commixtis, & per  
destillationem separatis, cum tribus Coho-  
bitis, Mercurio Corallato in fundo manente,  
qui per calcinationem, vel ablationem,  
edulcatur.*

## Arcanum Corall. Parac.

*Vide Mercurius sublimatus ruber.*

## Arcanum Dupl.

*Ope aqua calide, elicitur ex Capite mor-  
tuo aq. fortis duplicis, filtratur & evapora-  
tur.*

## Arcanum Jovis.

*℥ij probe purificati & Stanni Anglicani  
ana s. a. in amalgama redacta, & pulveri-  
sata, paulatim in s. q. ℥. nitri probe recti-  
ficati ingerimus, quo facto mixturam hanc  
digerimus, & retortæ inditam ad siccisa-  
tem destillamus. Tandem massam in fundo  
reli-*

(5)

relictam contritam in Vas terreum indimus, spiritumque vini affusum supra illam accendimus, novumque reafundimus hunc laborem repentes, dum pulvis omnino insipidus evadat.

### Aurum Fulminans.

Aurum Cupellatum solvitur in Aqua Regis, precipitatur cum Oleo Tartari, Seducatum, siccatur.

### Aurum Mosaicum.

Fit ex Mercurio, Jove, sulphure & Sale Armoniaco secundum artem mixtis & sublimatis.

### Aurum Vitæ Hartm.

Recipimus Mercurij purgati ℥ 4. Auri granulati 3℔, facimus amalgama, solvimus inde Mercurium in loco calido cum sufficiente q. Aq. fortis affusæ, ut nihil præter Aurum Fusci coloris remaneat, quod solutione Mercurij decantata, cum Aq. Regis solvimus, commixtas deinde has solutiones destillamus, ad omnimodam spirituum expulsionem, tandem vase fracto, materiam exemptam & levigatam, supra regulam sufficienter calcinamus.

As

Bals.



## Bals. Polychrestum.

**S**umimus Sarsaparil. ℥ viij. Sp. Vini re-  
ctific. ℥iv. extrahimus tincturam, in  
quâ filtratâ, dissolvimus Gum. Guajaci  
℥ 12. Bals. Peruv. ℥vj. digerendo l. a. in  
Balsamum.

## Bals. Saturni. Terebinchinat.

Fit ex Sacchar. Saturni ℥iv. Sp. Tere-  
binth. ℥ 12. s. a. digerendo.

## Bals. Saturn. Juniper.

Fit ex Sacch. Saturni & Ol. Junip. ut  
prius dictum.

## Bals. Sulph. Anisatum.

Sumimus Florum Sulphuris ℥j. ol. anisi  
℥iv. digerimusque in balsamum.

## Balsam. Sulph. Antimonii.

Recipimus, sulphuris Antimonii combu-  
stibilis, & salis Tartari ana ℥j. sp. Terebin-  
thine ℥iv. digerimusque in Balsamum.

## Bals. Sulph. Benzoinatum.

Fit ex floribus Sulphuris, & ol. Benzoini  
q. s. insimul digerendo.

Bals.

(7)

Bals. Sulph. Crassum.

Recipimus ol. papaveris, vel lini, vel nucum  $\text{℥ij}$ . flor. sulph.  $\text{℥ss}$ . coquimus s. a. in Balsamum.

Bals. Sulph. aliud.

Recipimus Sulphuris q. p. quod contusum, & matratio in ditum igne cinerum digerimus, per mensem, deinde cum octo partibus Olei Terebinthine, in Balneo maris digerimus, dum Rubro colore tinctum sit tunc decantatum, in Balneo cinerum ad consistentiam Balsami abstrahimus.

Bals. Sulph. Kncephalii,

Florum Sulphuris  $\text{℥ij}$ . salis Tart.  $\text{℥j}$ . miscemus in Crucibulo s. a. ut fiat massa, quam pulverisatam indimus vasi magno, affundendo. ol. lini recentis  $\text{℥ij}$ . & coquendo dum crassescat, postea una cum vase aque frigide immergimus, dum in substantiam spongiosam, hepaticam similem abeat, quam in taleolos dissectam retortae inditam nudo igne destillamus, gradatim aucto, cum cautione tamen maxima. Sic destillamus phlegma, Liquorem lacteum & Oleum, quod ab

A 6

Aqua

*Aqua separatam, cum dimidiâ parte col-  
cotharis Vitrioli, in patellâ magna Ignis o-  
pe commiscemus, refrigeratum & in fru-  
stula confractum, indimus retorta Vitreae,  
& ex arenâ destillamus; Oleum quod pro-  
dit cum dimidiâ parte Olei anisi commix-  
tum in Balsamum tandem l. a. digerimus.*

*Bals. Sulph. Succinat.*

*Florum Sulph. ℥j. miscemus cum olei  
Succini ℥iv. l. a. in Balsamum digerendo.*

*Bals. Sulph. Terebinth.*

*Miscemus in jam dicta proportione flores  
sulphuris cum Oleo Terebinthinae & dige-  
rendo procedimus.*

*Bals. Succini.*

*Assumimus Succini ℥j. & destillando,  
digerendoque procedimus s. a. donec absque  
ulla additione, tota Succini substantia in  
Balsamum, Terebinthinae similem abeat.*

*Balsam. Veneris.*

*Laminae Veneris, cum sp. Terebinthinae,  
in Balsamum viride digeruntur.*

*Bezoard Joviale.*

*Reguli Antimonij ℥ij. cum stanni An-  
gli.*

(9)

glicani ℥ ij. opelgnis miscemus, & in regulum fundimus, quem contusum & levigatum, cum Mercurij sublimati corrosivi ℥vj, commixtum, l. a. in Butyrum destillamus, quod postea in triplo sp. Nitri vel q. s. dissolvimus, solutionem postea ternis cobobis destillamus, tandem bezoardicum in fundo relictum levigatum supra regulam ignimus, dum evanescat sapor acidus; ultimo cum spiritu vini rectificatissimo miscemus, quem inde comburimus, hoc secunda & tertia etiam vice repetendo.

Bez. Lunare.

Miscemus Butyri Antimonij rectificati ℥viij. cum Luna ℥j. spiritu Nitri q. s. soluta, paulatim affundendo, dum non amplius effervescat, & plus spiritus Nitri addendo, si quantitas solutionis huic effectui producendo, non sufficiat, postea spiritum Igne arenae abstrahimus, ter cohobando, & uti de Bezoardico Joviali dictum porrò procedendo.

Bezoard Martiale.

Croci Martis per reverberationem facti  
con-

cum Butyro Antimonii l. a. quantum possu-  
mus dissolvimus, deinde figendo cum spiritu  
Nitri, uti moris est, procedimus.

### Bez. Martiale aliud,

Solvimus limaturæ Martis ℥j. in suff. q.  
spiritus Bezoardici, vel Aqua Regis hancque  
solutionem paulatim Butyri Antimonii  
℥iij. affundimus, porro procedendo cum sp.  
Nitri uti in precedentibus dictum.

### Bez. Minerale.

Fit ex Butyri Antimonii ℥ij. & sp. Nitri  
℥iij. vel q. s. dum effervescencia cesset, sibi  
invicem paulatim commixtis, & cum tri-  
bus cohobis destillatis, procedendo uti de  
Bezoardico Joviali dictum.

### Bez. Solare.

Dissolvimus Auri per Antimonium fusi  
& cupellati ℥j. in Aqua Regis q. s. recipi-  
mus quoque Butyri Antimonii probe recti-  
ficati ℥iv. quod solvimus in sp. Nitri q. s.  
paulatim & cautè affundendo, usque ad stre-  
pitus cessationem, hinc duas hasce solutiones  
confundimus; & ad siccitatem destillamus,  
materie in fundo relicte, pulverisate, denuo  
affundimus sp. Nitri ℥vj. vel viij, rursus-

que

( 11. )

que ad siccitatem destillamus, quam reaf-  
fusionem novi sp. Nirvi, & reabstractionem,  
etiam tertia vice repetimus, urgendo Ignem  
in fine; tandem massam in fundo relictam,  
Aquâ edulcamus, & rursus exsiccata, pro-  
beque levigata, per horam unam alteram-  
ve calcinamus, & ad usum servamus.

### Butyrum Antimonii.

Fit ex Antimonii, & Mercurii sublimati  
ana ℥ij. commixtis, & secundum artem  
sublimatis tandemque rectificatis.

### Butyrum Cerae.

Destillatur ex Cera & arenâ mixtis, per  
retortam.

Ĉ

### Calx Auri.

Vide Aurum fulminans.

### Calx Jovis.

Jupiter in Lebetè ferreo ope Ignis lique-  
factus, tam diu spatulâ ferreâ agitatur, dum  
in calcem seu Cincres abeat.

Sunt etiam qui Aquâ fort. Jovem dissol-  
vunt, & illâ decantatâ, præcipitatum pulve-  
rem edulcant, sed prior modus præstat.

Caly.

## Calx Lunæ.

Lunam cupellatam, in sp. Nitri solutam,  
Aquâ marinâ precipitamus, & postea edul-  
camus.

Fit etiam si solutioni Lunæ, Aqua admi-  
sceatur, & lamina cupri injiciantur, luna-  
que sic precipitata abluatur.

## Calx Plumbi.

Plumbo liquefacto per vices admiscetur  
sulphur dum in calcem reducat.

Calcinari quoque potest, uti de Jove di-  
ctum.

## Cerussa Antim.

Regulus Antimonij, cum triplo Nitri  
commixtus, & detonatus, Aquâ edulcora-  
tur probe & exsiccatur, interdum etiam spi-  
ritum vini à pulvere hoc edulcato defla-  
gramus.

## Cerussa Martis.

Fit eodem modo, quo Cerussa Antimonii,  
ex regulo martis.

Cerussa Mart. cum nonuplo Nitri.

Cerussa Martis uti jam dictum præpa-  
rata denuò cū triplo nitri mixta & detona-  
ta,

(13)

*ta abluitur etiam secunda vice, rursusque  
exsiccata cum triplo Nitri calcinatur, &  
Aqua probè edulcorata, & siccata, ad usum  
servatur.*

### Chalcanthum Rubefactum.

*Est Vitriolum ad rubedinem calcinatum,*

### Chalybs cum Sulphure.

*Ferrum, Candefactum sulphure admoto  
liquefit, & postea Crucibulo inditum, ad  
omnem sulphuris deflagrationem ignitur.*

### Chalybis Sal.

*Limatura Martis, Ope Aquæ, & Olei  
Vitrioli dissoluta, filtratur, evaporatur &  
crystallifatur.*

### Cinnab. Antimonii.

*Caput Mortuum post distillationem Bu-  
tyri Antimonii relictum, Igne sublimatorio  
in Cinnabarim evehitur, & rectificatur.*

### Clyffus Vitrioli.

*Vitriolum viride Martiale, tribus solutio-  
nibus & Crystallisationibus depuratum,  
& ab Ochra liberatum, in olla ad flavedinem  
calcinamus, postea solvimus, cum aceto  
destil-*



destillato, filtramus & crystallisamus, qui labor tribus vicibus repetendus est. Tandem crystallos hos in olla ad flavedinem calcinatos, & pulverisatos, indimus retortæ vitreæ & ex arenâ destillamus Phlegma & Spiritum, destillatum residuo in retortâ reassundimus, cumque ad siccitatem abstracta sint, ex retortâ Igne aperto destillamus per gradus, uti moris est, dum omnes spiritus expulsi sint. Deinde Caput mortuum aëri, ut illo impregnetur, exponitur, unde tandem ope Aquæ Sal extrahimus, quod solutionibus, filtrationibus, & crystallisationibus, repetitis purificamus. Ad ℥iij. hujus salis affundimus spiritus antea destillati ℥ii. digerimus per mensem vel ultra etiam, tandem filtratum, usui asservamus.

#### Cremor Tartari.

Tartarus ablutus, & pulverisatus, Aquâ bullienti solutus, & per laneum trajectus, ad crystallisandum reponitur, crystalli collecti abluti & exsiccati, si prima vice satis albi non sint, secundâ & tertiâ etiam crystallisatione purificantur.

Cro-

( 15. )

**Crocus Martis per se. Wurtzy.**

*Limatura Martis per tres dies vel diutius reverberetur s. a. deinde confusa, Crocus inde Aquâ eluitur & ad siccitatem evaporatur.*

**Crocus Martis cum Aquâ Regis.**

*Limatura Martis toties cum Aquâ Regis impastatur & siccat, dum rubiginosa evadat, deinde in Crocum reverberando & lavigando vertitur.*

**Crocus Martis cum rore Maiali.**

*Martis Limatura, cum Rore, vel Pluviâ Maiali, toties irroratur, dum in rubiginem abeat, postea proceditur ut jam dictum.*

**Crocus Martis Astringens.**

*Rubigo Martis cum aceto destillato facta, & s. a. reverberata, in Crocum vertitur.*

**Crocus Martis Aperitivus.**

*Chalybs cum Sulphure, Igne reverberit, in Crocum Martis Aperitivum abit.*

**Crocus Martis ex Vitriolo Martis.**

*Vitriolum Martis, calcinatum, confusum, Igne violento, in Crocum rubicandum, & tenuissimum, reverberatur.*

Cro-

## Crocus Metallorum.

*Fit ex Antimonii & Nitri ana ℥ij. que  
detonantur, & postmodum Crocus à scoris  
separatur.*

## Crocus Veneris.

*Fit ex Vitriolo Veneris, per reverbera-  
tionem.*

## CrySTALLUM Mineralis.

*Fit ex Lapideprunella solvendo & crystal-  
lisando.*

## CrySTALL. Minerale Saccharatum.

*Recipimus CrySTALLI Mineralis & Saccha-  
riana q. p. que in Aqua rosarum soluta e-  
vaporantur.*

## E.

## Elixir Pæoniæ.

**R**ecipimus Rad. Palm. Christi, Angelic.  
Pyrethri ana ℥j. Visci quercini, Sem.  
Fœnic, anacard. ana ℥vj. flor. Roris ma-  
rini, Stachad. Arab. Lavend. ana ℥ij.  
Raf. Cornu Cerv. Alcis, Cran. human. Casto-  
rei ana ℥ij. Herb. Majormp. j. ℥. Vini recti-  
ficat. ℥ij. digerimus per dies 14. quibus  
fimi.

finitis per Alembicum ex Balneo maris de-  
 stillamus Spiritum, cui addimus, Rad. flor.  
 & sem. Pæonia ana ℥ j. Spcc. Diamosci  
 dulc. Diaxyloaloes ana ℥ β, digerimus per  
 mensem, filtramus: ad ℥ 12. hujus tinctura  
 addimus ℔. Vitrioli rectific. & cum cinna-  
 bari nativâ s. a. impregnati ℥ iv. Salis pæ-  
 onia ℥ jβ. sicque in Elixir, uti moris est, cir-  
 culamus.

### Elixir Propr. Dulce.

Fit ex croci Aloës, Myrrha ana ℥ iβ. ℔.  
 vini ℥ j. digerendo & filtrando.

### Elixir Propr. Paracelsi.

℔. Croci, Aloes, Myrrha, ana ℥ vj. ℔.  
 Vini, & Olei Sulphuris per campanam fa-  
 ctiana ℥ jβ. digerimus per mensem, deinde  
 filtramus, & si opus sit, menstrui partem, ad  
 desideratam consistentiam abstrahimus.

### Aliud.

Fit ex iisdem, nisi quod, ad singulas li-  
 bras ℔. Vini, Olei sulphuris per campanam  
 ℥ ij. addantur.

Eli-

Elixir Propr. cum Sp. Corn. Cerv.

Sp. C. C. ℥ 4, cum Sp. Vini ℥ viii, prius  
s. a. conjunguntur, deinde addimus Croci,  
Aloës, Myrrhe ana ℥ j.

Elixir Propr. Tartarif.

Fit eodem modo juri Elix. Propr. dulc.  
modò quòd promenstruo tinctum salis Tar-  
tari sumatur.

Elixir Vitrioli.

Rx. Galang. min. ℥ iß. Calam. Arom.  
℥ j. mentha crispa, salvia ana ℥ ß, cinna-  
momi elect. Caryophyllorum, Zinz. Albi ana  
℥ iij, Nuc moschat. cubearum ana ℥ ij.  
Lign. Aloes, cort. citri, ana ℥ j. Sacch.  
cand. alb. ℥ iij, miscemus, & in pulverem  
reducimus, cui affundimus ol. Vitrioli ℥ j.  
ß. Vini ℥ iß. l. a. in elixir digerendo.

Ens Veneris.

Vitriolum Martis, ad omnimodam dul-  
cedinem reverberatum, & ablutum, misce-  
tur cum duplo Salis Armoniaci, & sublima-  
tur, bis vel ter cohobando.

Extractum Absynthii.

Decoctum Absynthii, clarificatum, evae-  
pora-

(19.)

*precipatur ap' consistentiam extracti.*

**Extractum Ctoei & Helleb.**

*Fiunt eodem modo.*

**Extractum Gambogiaz.**

*Extrahitur cum sp. Vini, & vel in Aquam  
destillatam precipitatur, vel etiam ad ex-  
tracti formam abstrahitur.*

**Extract. Guajaci, Samb. &c.**

*Fiunt uti Extractum Absynthii.*

**F**

**Flores Antimonii.**

**A**ntimonium Igne vehementi, absque  
additione, ope vasorum sublimatorio-  
rum, in Flores sublimatur.

**Flores Antim. Diaph.**

*Flores Antimonii irrigantur Oleo Sul-  
phuris, & in crucibulo clauso, aperto Igne  
calcinantur.*

**Flores Benzoini.**

*Fiunt ex Benzoino contuso, quod indimus  
olle, cui cucullus chartaceus super adapta-  
tur, postea Igne s. a. accenso, flores sublima-  
tos cucullo mutato sepius, detergimus, quos,  
si opus sit, eodem modo rectificamus.*

Flo-

## Flores Salis Armon.

*Sal Armoniacum & Salfusum in equali pondere mixta, sublimantur in Flores.*

## Flores Salis Armon. Martiati.

*Miscemus Salis Armoniaci & Limaturæ Martis ana. sublimamus, caput mortuum exponitur aëri ut efflorescat & quodammodo liquefeat, deinde cum dimidio sui ponderis Salis Armoniaci miscemus, lento igne ficcamus, & tandem s. a. sublimamus.*

## Flores Salis Com.

*Fiunt, si, post destillationem sp. salis, Ignis urgeatur, tunc enim Flores sublimari & collo retortæ & recipientis adharere solent.*

## Flores Sulphuris.

*Sulphur ex ollâ, vel retortâ, in capax recipiens sublimatur inque flores vertitur.*

## Flores Viridis Æris.

*Viride Æs in aceto destillato solutum, filtratum & evaporatione in cristallos redactum, dicitur flos viridis Æris.*

Flo-

(21)

### Flores Jovis.

Recipimus Jovis m $\bar{j}$ . Nitri ℥ij miscemus  
s. a. & cochleatim in vasa sublimatoria in-  
gerimus & detonamus, finita operatione,  
Flores sublimatorii adhaerentes deterfos  
Aqua calidâ abluimus.

G.

### Galbanetum Hartmanni.

Fit ex Galbani ℥ss. & spiritus terebin-  
thina ℥ij per octiduum (cum, vel absque,  
aromatibus) digestis, & per Alembicum  
ad siccitatem destillatis.

### Balsam. Galbanet. Senn.

Recipimus Galbani ℥ss. ol. terebinth.  
℥ij digesta per mensem, destillamus s. a. de-  
stillato addimus Ol. Lavendula ℥j. & post  
unius diei digestionem, denuo destillamus.

I.

### Jovis Magisterium.

Ex Aqua prima coctionis massa, ex sub-  
limatione florum Jovis relicta, filtratâ,  
ope liquoris Aluminis, precipitamus n. agi-  
sterium, ad dulcedinem abluendum.

B

Ju-



## Jupiter Diaphoreticus.

*Materiam post sublimatos Flores Jovis relictam in Aquâ coquimus, pulverem precipitatum ad omnimodam dulcedinem abluendo.*

## Jupiter Nitratuſ.

*Vide Nitrum Joviatum.*

L.

## Lac Sulphuris.

**F**lorum Sulphuris ℥ij. & calcis vivæ (vel Salis Tartari) ℥ij. coquimus in amplo Vase, in ſ. q. Aqua dum Sulphur ſolutum fit, tum calidum Liquorem filtramus, & cum Aceto deſtillato, vel Spiritu, vel Phlegmate Nitri, Lac precipitamus, ab omni acedine abluendum & ſiccandum.

## Lap. Calaminaris Præparatus

Wurtzii.

*Lapidem calaminarem contritum, & in Crucibulo candefactum, in Acetum deſtillatum projicimus, quo decantato pulvereque ſiccato, uti dictum ſecunda & tertia vice procedimus.*

La-

## Lapis Infernalis.

Fit ex Argenti cupellati ℥j. & ꝑ. Nitri  
 rectificati ℥ij. in quo Luna soluta & ad  
 tertias evaporata, infunditur crucibulo  
 Germanico firmo & amplo, & supra prunas,  
 ad consistentiam evaporatur, tandemque  
 effunditur.

## Lapis Infernalis Comm.

Fit ex ℥ij. calcis viva & ℥ij. cinerum  
 Clavellatorum commixtorum, unde ope  
 Aquae Lixivium extrahimus, quod filtra-  
 tum ad siccitatem evaporatur, relictus in  
 fundo sal in crucibulo funditur dum in La-  
 pidem causticum abeat.

## Lapis Medicamentosus

Vitrioli viridis ℥ij. Albi ℥ss. Alum ℥iſs.  
 Fell. vitri, salis comm. ana ℥ij salis Tarta-  
 ri ℥ijſs. Art. hemisia, Absinth. ana ℥ss. ce-  
 russa ℥ss. Boti ℥ij. s. a. in Lapidem co-  
 quuntur.

## Lapis Prunellæ.

Nitri purissimi ℥ij. liquefie in Crucibu-  
 lo, cui per vices injicitur Sulphuris parum  
 quod cum deflagaverit effunditur.

B 2

Laud.

## Laud. liq. Helm.

Recipimus Opij optimi preparati ℥j.  
 Croci ℥vj. cinnamomi, charyoph. Nuc.  
 Mosc. Ligni Aloës, Santali citrini ana ℥iv.  
 Succi Cydoniorum ℥32. digerimus per  
 mensem, postea filtramus, & ad consistenti-  
 am Liquorem superfluum abstrahimus.

## Laud. liq. Tartarif.

Supra dictas species in Tinctura Salis  
 Tartari ℥10. digerimus, & postea filtran-  
 do procedimus.

## Laud. Opiatum Starkii.

Facimus s. a. sapam ex ℥j. salis Tarta-  
 ri, & ℥j. Terebinth. q. s. postea recipimus  
 opij Thebaici preparati & pulverisati,  
 Hellebori Albi, & Nigri, rad. Liquirrh,  
 ana ℥viij. sapa predicta q. s. miscemus lon-  
 ga trituratione dum fiat massa pilularis.  
 Quidam Helleborum Nigrum omittunt.

Lau.

## Laudan. sine Opio Hartm.

Recipimus, pulv. Santal. Citrini, rubr.  
ana ℥ j. Macis, Galang. Piperis, Cardam.  
ana ℥ iij. s. l. a., cum spiritu Vivi, extra-  
ctum, extrahimus etiam Mumie Egyptia-  
cæ & Myrrhæ rubræ ana ℥ j. cum Aquâ Ci-  
chorij, postea tinturas filtratas & confu-  
sas, miscemus cum Sulphuris Vitrioli nar-  
cotici ℥ ij. & digerimus per tres septimanas,  
tandem menstruum ad mellis consistenti-  
am abstrahimus, abstracto addendo, extr.  
Croci ℥ ss. salis perlarum ℥ j. ut fiat massa  
pilularis.

## Liquor Silicium.

Recipimus Silicium calcinatorum ℥ xij.  
salis Tartari, ex Tartari & Nitri partibus  
æqualibus facti, ℥ viij, miscemus exactè  
in mortario, & in Crucibulum candens  
cochleatim ingerimus, urgendo Ignem dum  
pellucida fiant instar Vitri, massam, Cru-  
cibulo refrigerato, relictam, aeri exponi-  
mus ut per æliquium fluat.

B 3

Ma-

M.

## Magist. Bismuthi

*Bismuthi pulverisati ℥iv. Sp. Nitri  
rectificati ℥xij. fit solutio, quæ cum Aquâ  
salsâ precipitata, ad dulcedinem abluitur.*

## Magist. Corallorum.

*Sumimus Corallorum calcinatorum q.p.  
dissolvimus in s. q. aceti destillati, solutione  
filtrata, & cum Oleo Vitrioli precipitata,  
Magisterium s. a. abluimus.*

## Magister Gambogiæ.

*Vide Extractum Gambogiæ.*

## Mag. Jovis.

*Vide Jovis Magisterium.*

## Mag. Martis, aperitiv. Mynsicht.

*Miscemus Succo acetosæ depurati ℥vi.  
cum Tamarindorum ℥ij. s. a. nucleisque &  
stipitibus exemptis coquimus & clarifica-  
mus, addimus Limaturam martis ℥ss. dige-  
rimus sæpius agitando per aliquot dies, po-  
stea colamus, & inspissando ad consistenti-  
am extracti reducimus.*

## Magist. Perlarum.

*Perle contusa aceto Vini destillato sol-*

vun-

(27)

vuntur, solutioneque filtrata, cum Oleo Vitrioli præcipitatur magisterium, & ad omnimodam dulcedinem ablutum, siccatur.

Magist. Matris Perlarum, & Oculorum cancr.

Fiunt uti de Magisterio Perlarum dictum.

Magist. Saturni.

Minium in aceto destillato, ad ejus dulcedinem coquitur, filtratur, cumque Oleo Vitrioli, vel sale Tartari præcipitatum, edulcatur:

Magist. Sulph.

Vide Lac Sulphuris.

Magnes præparatus Wurtziji.

Magnetis pulverisati q. pl. candefacimus in crucibulo, & aq. p. Olei Martis affundimus, illud lento Igne evaporando.

Martis Tinct. Mynsicht.

Vide Tinctura Martis.

Martis Crocus.

Vide Crocus Martis.

Merc. præcip. Albus.

Recipimus Mercurij q. p. dissolvimus in s.

B 4

q.

*q. Aq. fortis, præcipitamus cum Aquâ sal-  
sa vel phlegmate sp. salis Armoniaci, ablu-  
tumque probe siccamus.*

*Merc. præcip. Albus subdulcis.*

*Mercurium crudum dissolvimus in sp.  
Nitri q. s. solutum præcipitamus cum sp.  
Vini q. s. Liquorem decantamus, præcipita-  
tum siccamus, & spiritum Vini aliquoties  
affusum comburimus.*

*Merc. præcipit. fixatus.*

*Sumimus Mercurij ℥ vj florum Sulphū-  
ris ℥ iv, Salis Armoniaci ℥ ij. miscemus in  
mortario marmoreo, dum Mercurius sit  
omniñò extinctus, deinde sublimamus. quod  
in fundo restat cum sublimato rursus com-  
miscemus, & sublimamus, hoc etiam tertia  
& quarta vice repetimus, ultimò sublima-  
tum exactè à præcipitato separando, qui  
servatur ad usum.*

*Merc. præcipit. Flavus.*

*Vide Turpetum Minerale.*

*Merc.*

## Merc. præcipit. Gryseus.

Recipimus Mercurij præcipitati flavo  
vel Albi ʒj, abluimus cum Aqua Rosarum  
sepius, siccatum imbibimus cum spiritu  
Vini rectificato, addimus Camphoræ in s. q.  
ʒ. Vini solutæ ʒj. Et leni Igne ʒ. Vini inde  
abstrahimus.

## Merc. præcipit. Incarnatus.

Mercurii ʒj. solvimus in Aqua Fortis  
ʒij. addimus Aq. calidæ ʒij. præcipita-  
mus cum urina recenti, & præcipitatum  
probè Ablutum siccamus.

## Merc. præcipit. Laxativus.

Recipimus Mercurij q. p. affundimus O-  
lei Vitrioli vel Sulphuris ad digiti unius  
super eminentiam, ponimus in Balneo a-  
rena, dum Mercurius crystallifetur, postea  
materiam hanc crystallinam eximimus,  
si quid adhuc vivi super sit Mercurii separa-  
mus, indimus Crucibulo, ut per horam ope  
Ignis candesiat, tandem in Aquam calidam  
inijcimus, & fiet pulvis flavus, qui Aquâ  
decantatâ, lavatur, exiccatur, & spiritus  
Vini supra illum accenditur.

B 5

Merc.



## Merc. præcipit. per se.

Mercurius crudus vitro infernali inditus igne secundi gradus tam diu uritur, dum in rubrum & rutilantem abeat præcipitatum, quod spacio anni vix absolvitur.

## Mercurius præcipit. Ruber.

℞. Mercurij ℥ij. Aq. fortis ℥ij. destillatur Aqua fortis à Mercurio, cum tribus cohobis, dum in rubicundum abeat pulverem, quem servamus.

## Mercurius præcipit. Solaris per se.

Recipimus Mercurij ℥iv. Auri per Antimonium fusi & Scupellati ℥β. facimus l. a. amalgama, quod vitro inditum, uti de Mercurio præcipitatos per se dictum, tractatur, nisi quod sæpius materia sit eximenda, & in mortario probè conterenda.

## Mercurius præcipit. viridis.

Sumimus Mercurij ℥iv. solvimus in Aqua forti, pariter solvimus cupri ℥β. in Aqua forti. solutiones conjungimus, & Aquam fortem abstrahimus, Igne sub finem violento, præcipitatum hunc cum aceto destil-

stillato digerimus, per aliquot dies, ut ultimo ebulliat acetum, tandem filtratum, ad siccitatem abstrahimus.

### Mercurius præcipit. Wurtzii.

Recipimus Mercurij per Salem & acetum loti ℥ iv. affundimus Aqua fortis duplicis ℥i. ℥ iv. abstrahimus Aquam fortem ex arena, semel adhuc cobobando, postea materiam exemptam terimus, affundimus Olei Vitrioli ℥ iv. digerimus per diem, & Oleum inde in cinerum Balneo abstrahimus, massam in fundo relictam conterimus, & Spiritum Vini per dies tres cum illâ digestum decantamus, novumque affundimus digerendo & decantando, quod etiam tertia vice repetimus, tandem siccamus.

### Mercurius Sublimatus Corrosivus.

Recipimus Mercurij, Vitriolicalcinati, Nitri, & Salis decrepitati ana ℥i. miscemus triturando, dum Mercurius non amplius appareat, hinc retortæ Vitreæ inditum ex arenâ l. a. sublimamus, sublimatum collectum, cum equali pondere Vitrioli & Salis decrepitati miscemus & secundò sublimamus ut magis corrosivus evadat.

Mer-

## Mercurius Sublimatus dulcis.

℞. Mercurii ℥iij. Mercurii sublimati corrosivi ℥iij. & sublimatur, ter, quater, vel quinquies, semper quoad leve est removendo, dum dulcis evadat.

## Mercurius Sublimatus ruber &amp; flavus.

Recipimus Mercurii crudi, Vitrioli calcinati, Salis Nitri ana ℥ij. miscemus triturando dum Mercurius omnino evanescat, hinc sublimamus, sublimatum à capite mortuo separatum, rursus miscemus cum Salis Nitri & Aluminis parum calcinati ana ℥i, hæc cum aceto impastata, rursus sublimamus, postea rubrum à flavo separatū, utrumque eorsim Aqua abluimus, & spiritum vini supra illa accendimus.

## Mercurius Vitæ.

Butyrum vel Oleum Antimonij Aqua magna quantitate affusa precipitatur in Mercurium Vitæ, qui Aquâ purâ affusâ edulcoratus, ficitur.

## Mercurius Vitæ correctus.

Mercurius Vitæ per aliquot dies Igne arenæ uritur dum flavescat, postea Spiritus Vini

Vini digerendo & filtrando sepius ab illo separatur.

### Mixtura Simplex.

Vide sp. Diatrion.

N.

### Nitrum Antimoniatum.

**R**ecipimus nitri puri ℥vj. liquefacimus in Crucibulo, & paulatim cauteque injicimus Vitri Antimonü per se facti ℥ij. que in unum Ope Vulcani unita effundimus in Mortarium, in pulverem conterimus, unde Aquâ purâ Nitrum eluimus, quod filtrando, & crystallizando purificamus.

### Nitrum Chacheticum Chalybeatum.

Fit ex Nitri ℥iiijß. Vitrioli Martis ℥ij. & arcani dupliciati ℥ijß. miscendo, & subtilissime conterendo, hinc in arenâ ad rubedinem colligando, & calcinando.

### Nitrum Corallatum.

Fit ex Nitri purificati ℥iiij. & Salis Corallorum ℥i. si illa singula seorsim cū Aqua Rosarum solvantur, solutiones filtratæ conjungantur & ad consistentiam Salis abstractantur.

Ni-

## Nitrum Fixatum.

Recipimus Nitri  $\text{℥i}$ . liquefacimus in Crucibulo; & flores Sulphuris illi tam diu injicimus, donec detonatio cesset, postea solutione, filtratione, & crystallisatione purificamus.

## Nitrum Joviatum.

Caput mortuum ex sublimatione Florum Jovis affusa Aqua coquimus, filtramus & ad siccitatem evaporamus.

## Nitrum Nitratum.

Fit ex Nitri purificati  $\text{℥vi}$ . & Sp. Nitri rectific.  $\text{℥iv}$ . miscendo & ad siccitatem cum tribus cohobis destillando, & ignem ultimò ad Vasis excalescentiam urgendo.

## Nitrum Perlatum.

Fit uti Nitrum Corallatum, modo quod loco Salis Corallorum, Sal Perlarum assumatur.

## Nitrum Saturnifatum.

Recipiuntur Sacchari Saturni & Nitri purificati ana  $\text{℥ij}$ , solvuntur in aceto destillato & crystallantur.

## Nitrum Sulphuratum.

Recipimus florum Sulphuris  $\text{℥iv}$ . & Nitri

Nitri ℥ss. hanc mixturam paulatim in Crucibulo, sub Campanâ, qua regit patinam continentem spiritus Urinae ℥ij. decanamus fere eodem modo uti olim fieri solebat Oleum Sulphuris per campanam clausam, cum omnis materia per vices detonata fuerit, miscemus caput mortuum cum Spiritu Urinae, qui in patina est, digerimus per diem, postea filtramus, & ad siccitatem s. a. evaporamus.

Nitrum Sulphuratum aliud.

Fit ex Nitri ℥ss. Sulphuris p. aq. uti de Nitro nitrato dictum.

Nitrum Vitriolatum.

Vide Arcanum duplicatum.

Nitrum Vitriolatum aliud.

Fit ex Nitri purificati p. ij. & Olei Vitrioli p. i. uti de Nitro nitrato dictum procedendo.

O.

Ol Absynthij.

Destillatur ut moris est per Vesicam.

Oleum Ammoniacum.

Destillatur ex arenâ per Retortam.

Oleum

Oleum Angelicæ & Anisi.

*Destillantur per Vesicam.*

Ol. Antimonii.

*Fit ex Butyro Antimonii denuo per Retortam rectificato.*

Ol. Antimonii Saccharatum.

*Fit ex Antimonii pulverisati & Sacchariana lbij. secundum artem mixtis & per Retortam nudo Igne vehementissimo destillatis.*

Ol. Asæ Fætidæ.

*Destilatur per Retortam.*

Ol. Aurantium.

*Fit per Vesicam.*

Ol. Baccarum Hederæ.

*Destillatur per Retortam.*

Ol. Bacc. Lauri.

*Fit vel per Vesicam, quod fragrans. Vel per Retortam quod fætidum.*

Ol. Benzoini & Buxi.

*Fiunt per Retortum.*

Ol. Chamom. Carv. Charyophill.

*Destillantur per Vesicam.*

Ol.

Ol. Ceræ.

*Fit ex Cera, Igne arena, per Retortam  
destillando.*

Ol. Corn. Cerv. & Cranii  
Humani.

*Destillantur unà cum Spiritu per Re-  
tortam, & postea l. a. rectificantur.*

Ol. Cymini.

*Fit per Vesicam.*

Ol. Ephorbii.

*Destillatur per Retortam.*

Ol. Fœnic. Dulcis.

*Fit per Alembicum.*

Ol. Fulig. Galb. Guaiaci, Gua-  
jac. rectific.

*Destillantur per Retortam, unà cum  
Spiritu, cum quo deinde l. a. rectificantur &  
separantur.*

Ol. Hyssop. Junip. Lavend. Limon.  
Majoranæ.

*Fiunt per Alembicum.*

Ol.



## Ol. Martis Wurtzii.

*Limaturam Martis cum aq. Stygia peculiaritoties irroramus & exsiccamus dum rubiginem contraxerit, tunc aq. affusâ abluimus, filtramus & ad consistentiam Olei evaporamus, quod aliâ Aquâ affusâ & evaporatâ dulcificamus.*

## Ol. Mastiches.

*Destillatur per Retortam.*

## Ol. Mente.

*Fit per Alembicum.*

## Ol. Myrrhæ Chemicum.

*Myrrha per Retortam destillatur in Spiritum & Oleum, quæ per tritorium separantur.*

## Ol. Myrrhæ per deliq.

*Ova ad duritiem coquantur, per medium dissecantur, vitelli eximuntur, & locus illorum cum alcohol Myrrhæ impletur, sic filo ligata in cellâ suspenduntur, ut Oleum per deliquium desluat.*

## Ol. Nuc. Moschat. &amp; Origani.

*Destillantur per Vesicam.*

Ol.

## Ol. Ovorum.

*Vitelli Ovorum in sartagine tam diu friguntur s. a. dum Oleum emittant.*

## Ol. Philosophorum vel de lateribus.

*Lateres candefacti in Oleum Olivarū proiciuntur, tam diu dum omne Oleū imbiberint, tum exempti, confringuntur, unde per Retortam Oleum destillatur, à Spiritu separandum.*

## Ol. Picis Liquidæ.

*Destillatur per Alembicum vel etiam per Retortam.*

## Ol. Picis Barbadensis, &amp; Polypodii.

*Fiunt per Retortam.*

Ol. Pulegii, Rhodii, Rorismar.  
Rutæ, Sabinæ.

*Fiunt per Alembicum Cupreum.*

## Ol. Salis.

*Est Spiritus Salis, ad consistentiam Olei Vitrioli rectificatus.*

## Ol. Salviæ, Sassafras, Scaturejæ.

*Destillantur per Vesicam.*

Ol.

## Ol. Saturni.

*Vide Balsamura Saturni.*

## Ol. Silicum.

*Vide liquor Silicum.*

## Ol. Succini Spirituale &amp; Commune.

*Destillantur per Retortam à succino, deinde à Sale separata, cum Spiritu rectificantur, quod primo prodit & flavi coloris est, vocatur Oleum Spirituale, quod secundo provenit, & rubrum est, vocatur commune.*

## Ol. Sulphuris.

*Fit per campanam, sub qua Sulphur accenditur, ubi Oleum (Phlegmate in auras abeunte) coagulatum, per latera campanæ in vas suppositura destillat.*

## Ol. Tabaci.

*Destillatur per Retortam.*

## Ol. Tanaceti.

*Fit per Vesicam.*

## Ol. Tartari Chemic.

*Destillatur per Retortam unà cum spiritu, cum quo postea rectificatur.*

Ol.

## Ol. Tartari per deliq. &amp; Comm.

*Tartarus ad Albedinem calcinatus, & reverbatus, supra Tabulam vitream expanditur, & in cellâ collocatur, ubi humiditate ex aëere attracta in Oleum seu liquorem destuit, ex massa remanente residuum salis cum Aquâ bulliente extractum, & ad consistentiam evaporatum vocatur Oleum Tartari commune.*

## Ol. Tartari Sennerti.

*Est sal Tartari Sennerti per deliquium solutum.*

## Ol Terebinth. Tereb. Venet.

*Destillantur per Vesicam.*

Ol. Terebinth. Terebinth. Venet.  
rectific.

*Rectificantur per Retortam.*

Ol. Tereb. flavum &  
rubrum.

*Fiunt per Retortam.*

## Ol. Thymi.

*Destillatur per Vesicam.*

Ol

## Ol. Virid. Aeris Causticum,

Recipimus Aeris Viridis ℥ i. Salis Nitri  
 ℥ ij., quae pulverisata & probe commixta,  
 secundum artem detonantur, materiam  
 relictam aëri exponimus, ut Oleum dictum  
 per deliquium defluat.

Ol. Vitrioli & Vitrioli Dantis-  
 cani,

Fiunt è Vitriolo calcinato, quod Retortæ  
 inditum, in reverberio clauso Igne per gra-  
 dus accenso, & tandem vehementissimo, per  
 tres dies & noctes continuato destillamus:  
 & postmodum a Phlegmate & spiritu suo  
 per Retortam ex arenâ liberamus.

## Ol. Vitrioli dulce.

Recipimus Olei Vitrioli rectificati & à  
 Phlegmate & Spiritu omnino separati ℥i.  
 ℥. Vini rectificati ℥ij. vel iv. miscemus s. a.  
 in matraccio, quod ex arte clausum, & per  
 mensem, vel diutius, digestum, per Retor-  
 tam cum quatuor vel pluribus cobobis,  
 dum uniti sint, destillamus.

## Ol. Vitrioli rectific.

Rectificatum dicitur, si dephlegmatum  
 per Retortam pellatur.

P.

## Panacæa Holfatica.

*Vide Arcanum duplicatum.*

## Panacæa Sulph. Antimonii.

*Fit ex sulphuris combustibilis Antimonij & reguli Antimonij ana ℥i. ol. Sulphuris per campanam rectificati ℥ij. per dies octo digerendo & postea per arenam destillando, & sub finem ignem augendo, massam postea in fundo relictam per quinque horas reverberando. Tandem singulis unciis hujus pulveris addimus Salis Corallorum ℥ij. s. a. misendo.*

## Panacæa Merc. Schroderi

*Vide Mercurius precipitatus fixus.*

## Plumbum Ustum.

*Vide Calx plumbi.*

R.

## Regulus Antimonii.

*Recipimus Antimonii, Nitri, Tartariana lbi. que pulverisata & mixta in Crucibulo deconamus, augendo Ignem ut salia per semihoram liquefiant & fluant deinde Crucibulo ab Igne remoto, refrigerato, & fracto, regulum à Scoris separamus.*

Re-

(44)

Regulus Martis.

*Fit eodem modo, ex Antimonii, Nitri & Tartari ana ʒix. & Martis limati ʒiv. in-  
simul detonando.*

Regulus Jovis.

*Reguli Antimonii & Jovis ana, Ope Vul-  
cani colliquamus.*

Regulus Solaris.

*Fit ex Auri Cupellati ʒi. & Reguli An-  
timonii ʒviij. colliquando.*

Regulus Lunaris.

*Fit eodem modo.*

Regulus Veneris.

*Fit ex Antimonii ʒij. cupri, Nitri &  
Tartari ana ʒi. & porro uti de Regulo An-  
timonii dictum proceditur.*

Resina Guaiaci.

*Guaiaco raspato Spiritus Vini q. s. affun-  
dimus, digerendo, dum in rubro colore tin-  
ctus sit, tum filtratus ad tertias abstrahi-  
tur, & quod remanet Aqua pura infundi-  
tur, Resina tandem præcipitata & abluta  
exiccatur.*

Res. Jalappæ & Scammon.

*Fiunt eodem modo.*

Ros

(45)

Ros Vitrioli.

*Vitriolum non calcinatum, per Retortam ex arenâ l. a. destillatur, unde Ros ejus prodit.*

s.

Sacch. Aluminis.

*Vide Alumen dulce.*

Saccharum Saturni.

*Sumitur Lythargyrium, vel minium, vel Cerussa, utrum vis, & cum aceto destillato tam diu coquitur, dum dulcissimum evadat, deinde filtratum & ad cuticulam evaporatum, in Cella ponitur, ut Crystalli concrevant, qui siccati s. a. servantur.*

Sal Absynthii.

*Absynthium siccatum & incensum, in cineres redigitur, ex quibus cum Aquâ calidâ Sal elixivatur, deinde Aqua ad siccitatem salis evaporatur, quod si opus sit, secundâ vel terciâ solutione & coagulatione purificatur.*

Sal Absynthii cristallin.

*Solvitur Sal Absynthij Aquâ calidâ, solutio ad cuticulam evaporata, in Cellâ ad crystallisandum ponitur, exempti crystalli siccantur.*

C

Sal



Sal vel Tartarus Aceti.

Fit ex Capite Mortuo Aceti absque additione ad siccitatem abstracti, stillud postea cum Aquâ ebulliat, filtretur, & ad tertias evaporatur, concresecunt in loco frigido Crystalli qui secunda & tertia, quoad opus est, solutione purificari possunt, dicitur Sal Aceti essentialia, veletiam Tartarus Aceti.

Si vero caput mortuum comburatur, & inde Ope Aquæ s. a. Sal eliciatur, Sal fixum aceti vocatur.

Sal Artemis. Cardui, Charyoph. Chamom. Cochleariæ, Cochleariæ Marinae.

Fiunt uti de Sale Absynthii dictum.

Sal Corallorum.

Solvuntur Coralia aceto destillato, solutio filtrata ad siccitatem evaporatur.

Sal Cornu Cervi.

Destillatur una cum spiritu, & postea per crebras rectificationes ab Oleo purificatur.

Sal Corn. C. Succinat.

Salis Corn. Cervi purificati lbj. cum lbj. succini miscetur & sublimatur.

Sal

Sal Cran. Human. & Sal Cran.

Hum. Sucein.

*Fiunt eodem modo uti de Sale Cornu  
Cervi dictum, ex Craniis humanis.*

Sal Diureticum.

*Ex capite mortuo salis volatilis Armo-  
niaci, ope Aquæ calidæ, elicitur, & filtra-  
do & coagulando purificatur.*

Sal Duplex.

*Vide Arcanum duplicatum.*

Sal Fabarum, Fraxini, Fuliginis Geni-  
stæ, Juniper. Lavendulæ.

*Fiunt eodem modo uti de Sale Absynthii  
dictum.*

Sal Martis.

*Vide Martis Sal.*

Sal Martis quod Anima Hepatis  
dicitur.

*Fit, si Spiritus Vini rectificati ℥ss. & Ol.  
Vitrioli. ℥iv. commixta, serventur in  
sartagi ne ferreâ ad siccitatem Salis.*

Sal Martis purgans.

*Miscemus Limaturæ Martis, & Salis  
Armoniaca ana ℥ss. & Igne intenso subli-*

G 2

m 6-

*mannus, ex capite mortuo, ope Aqua calida, Sal solvendo, filtrando & coagulando s. a. extrahitur.*

**Sal Mentæ.**

*Fic uti Sal Absynthij.*

**Sal Matris Perlarum, Perlarum, & Oculorum Cancri.**

*Solvuntur Perle aceto destillato, filtrantur, & ad siccitatem evaporatur.*

**Sal Polychrestum.**

*Sumimus Nitri & Florum Sulphuris ana ℥i. detonamus ex residuo, Sal Polychrestum ope Aqua eluimus, filtramus, & ad siccitatem evaporamus.*

**Sal Roris Marini, Rutæ, Sabineæ  
Salvice.**

*Fiunt per incinerationem, uti de Sale Absynthij dictum.*

**Sal Spongiæ fixum, & Volatile.**

*Spongia destillantur per Retortam, & prodit spiritus, Sal Volatile, & Oleum, Sal separatam rectificatur. Ex Capite mortuo Elixiviat Sal fixum, ope Aqua calida, & proceditur filtrando, & coagulando.*

lando, uti sepius de Salibus fixis dictum  
fuit.

Sal Sulphuris.

Ex Capite mortuo seu cineribus sulphu-  
ris s. a. ope Aqua elicitur.

Sal Succini.

In destillatione & rectificatione Olei  
Succini, colligitur Sal Succini, collo Retor-  
ta adhaerens, quod s. a. purificatur.

Sal Tamarisci, Tartari.

Fiunt per incinerationem, solvendo, fil-  
trando, & coagulando,

Sal Vitrioli.

Vitriolum Album, Aqua solutum fil-  
tratur & crystallisatur.

Sal Volat. Armon. & Succin.

Fit ex Salis Tartary & Salis, Armo-  
niaci ana ℥ij. s. a. sublimando.

Sal Volatile Armon. cum Ca-  
storeo.

Fit ex Salis Volatilis, Armoniaci par-  
tibus ij. & parte i. Castorei, simul dige-  
stis, & s. a. sublimatis.

Sal Volat. Oleosum liquid. Cinam. &c.

Recipiuntur Cinamomi ℥ i. (vel aliud  
Aroma) Spiritus Vini ℥ iv. sp. Salus Ar-  
moniaci ℥ ij. miscuus, s. a. digerendo &  
aduniendo.

Sal Volat Urinae.

Fit uti Sal Volat. C. C. ex Urina fer-  
mentata.

Sedativ. Archæi.

Recipiuntur flores Salis Armoniaci  
Martiati, ex quibus, cum sp. Vini, Tinctura  
elicitur, quæ ad placitam consistentiam ab-  
strahitur.

Sp. Aceti.

Vide Acetum destillatum.

Sp. Aluminis.

Destillatur ex Alumine calcinato, Igne  
aperto vehementissimo, uti Oleum Vitrioli.

Sp. Buxi.

Destillatur, una cum Oleo, per Retor-  
tam, & inde rectificatur.

Sp. Castorei.

Recip. Castor. ℥ iv. Fl. Lavend. ℥ i.  
Salv. Rosismar. ana ℥ β. Cinnam. ℥ vi.  
Mac.

(51)

Mac. Caryoph. ana ℥ ij. Sp. V. rectific. ℔vi.  
digerimus & s. a. destillamus.

Sp. Cochleariæ.

Fit ex Herbâ s. a. fermentatâ, & post-  
modum per Alembicum destillata.

Sp. Corallorum Poteri.

Destillatur per Retortam ex arenâ, &  
sale coralliorum per crebras solutiones, fil-  
trationes, & coagulationes purificato, &  
postea rectificatur.

Sp. C. C. Sp. Cranii Human. Sp. C. C.  
Cran. Human. Succinat.

Destillantur per Retortam, & postea ab  
Oleo separati, rectificantur; si Succinatos  
velimus, à Succino abstrahuntur.

Sp. Croci.

Sumimus Croci ℥ viij. Spiritus Vinæ  
℔vi. digerimus & postea per Balneum de-  
stillamus.

Sp. Diatrion.

Fit ex s. Theriacalis Camphorati ℥ x.  
s. Tartari rectificati ℥ vi. & s. Virioli  
℥ ij. s. a. miscendo & digerendo.

C 4

Sp.

(52)

Sp. Fugilinis.

Destillatur per Retortam uti Sp. C. C.  
Sp. Guajaci & Sp. Gumm. Ammon.  
Fiunt uti sp. Buxi.

Sp. Juniperi.

Fermentantur Bacca Juniperi l. a. &  
deinde destillatur inde spiritus, per Vesicam,  
per Retortam rectificandus.

Sp. Mellis.

Destillatur per Retortam uti de Sp.  
Buxi dictum.

Sp. Millepidum & Sal.

Fit uti Sp. C. C.

Sp. Nitri.

Nitri exsiccati, & pulverisati ℥ij. com-  
miscentur cum argilla usta ℥iv. & per  
Retortam, Igne aperto uti Aq. fortis de-  
stillatur.

S. Nitri Bezoard.

Spiritus Nitri, in preparatione Bezo-  
ardici Mineralis, à Buryro Antimonii ab-  
stractus, dicitur Sp. Bezoardicus, & est de  
natura Aqua Regis.

Sp.

(53)

Sp. Nitri dulcis.

Sp. Vini rectificati ℥ij. cum ℥i. Sp. Nitri dephlegmati, ope digestionis conjungantur, & deinde per Retortam cum duobus cohobis cautè pelluntur.

Sp. Picis Liquidæ & Picis Barbad.

Proveniunt unacum Oleo, in eorum destillatione & postea separata, rectificantur.

Sp. Regin. Hung.

Fit ex Floribus Roris marini & sp. Vini, hunc inde destillando, & bis supra novos flores cohobando.

Sp. Salis, & Salis dulcis.

Fiunt uti sp. Nitri & sp. Nitri dulcis.

Sp. Salis Martialis.

Sumuntur Salis Gemma ℥ij. Limatura Martis ℥iv. mixta, per Retortam aperto Igne pelluntur.

Sp. Salis Armoniaci.

Fit ex Salis Armoniaci ℥ij. calcis vivæ ℥vi. Aqua communis q. s. per Retortam destillando.

Sp. Salis Armon. Tartaris.

Salis Armoniaci & Salis Tartari

G 5

ana



ana tibi. cum s. q. Aquæ per Retortam de-  
stillantur.

Sp. Salis Armon. Succinatus.

Sp. Salis Armoniaci supra pulverem succi-  
cini l. a. rectificatur.

Sp. Salis Armon. acidus Chaly-  
beatus.

Destillatur per Retortam, ex Capite  
mortuo, quod post primam sublimationem  
florum Salis Armoniaci martiatorum, reli-  
ctum erat, postquam aëri per aliquot dies  
expositum fuit.

Sp. Sambuci.

Fit ex Bactis Sambuci, post fermentatio-  
nem, per Vesicam destillando.

Sp. Sang. Humani & Succinat.

Destillatur, postquam per aliquot dies  
putrefactus Sanguis fuerit, per Retortam,  
uti Sp. C. C.

Sp. Saturni.

Saccharum Saturni, probe purificatum,  
destillatur per Retortam, ubi prodit spiri-  
tus per rectificationem à phlegmate segre-  
gandus.

Sp. Spon-

Sp. Spongiæ.

Destillatur ex Spongiis per Retortam,  
& postea ut Sp. C. C. rectificatur.

Sp. Succini, Tabaci, Tartari.

Destillantur per Retortam, unâ cum  
Oleo à quo deinde separati rectificantur.

Sp. Theriac. Camph.

Recipimus Theriaca Andromachi ℥ x.  
Myrrha rubra ℥v. Croci Orientalis ℥i,  
Camphoræ ℥ss Sp. Vini rectificati lbj. ℥iv.  
digerimus per aliquod tempus, & per Bal-  
neum rectificamus.

Sp. Veneris.

Destillatur ex Floribus seu Crystallis vi-  
ridis Aëris per Retortam.

Sp. Vini Canarini.

Destillatur ex vino per Vesicam, & de-  
inde pro lubitu per Retortam rectificatur.

Sp. Vini Succinatus.

Est Sp. Vini rectificatus, à Succino pul-  
verisato abstractus.

Sp. Vini Tartarisatus.

Rectificatur à Sale Tartari.

## Sp. Viperarum, &amp; Sal. Volat.

*Destillatur ex Viperis siccis, uti Sp. C. C.*

## Sp. Vitrioli.

*Prodit unà cum Phlegmate, in destillatione Olei Vitrioli, à quibus in rectificatione postea separatur.*

## Sp. Vitrioli essentific.

*Vide Clyffus Vitrioli.*

## Sp. Vitrioli Martis.

*Destillatur l. a. ex Vitriolo Martis calcinato, uti Sp. Vitrioli communis.*

## Sp. Vitrioli Philosoph.

*Fit ex Aquâ cum quâ Mercurius vitæ precipitatus fuit, quæ, ad certas evaporata rectificatur.*

## Sp. Vitrioli Tartarifatus.

*Sumimus Tartari ad nigredinē calcinati ℥i. Vitrioli ungarici ad Albedinē calcinati ℥ij. miscemus & Sp. Vini irroramus, tunc Retortæ indita s. a. destillamus & rectificamus.*

## Sp. Urinæ.

*Urina per se fermentata, in Spiritum, uti Sp. C. C. rectificatur.*

## Stypticum Regis.

*Disolvimus ℥xxv. Vitrioli, filtramus,*

&

Effundimus sp. aceti ℥i. Subsidentia facta,  
 Etâ, liquorem à pulvere præcipitato decan-  
 ramus, eumq; ad dulcedinem abluimus, &  
 siccamus, postea huic Retortæ indito, affun-  
 dimus Olei Vitrioli ℥ss quod ad siccitatem  
 inde destillamus s. a. pulverem relictum  
 cum s. q. sp. Vini digerimus, filtramus cali-  
 de, & sp. Vini abstrahimus, remanebit in  
 fundo Sal cuius ℥i. in ℥iv. Aqua ope dige-  
 stionis soluta dicitur Strypticum Regis.

### Sulphur Antimonii Vomit.

Liquefacimus salis Absynthii ℥ss. in  
 Crucibulo, & per vices injicimus Antimonii  
 pulverisati ℥ij. fluunt per bore quadran-  
 tem, deinde effundimus, & sal à Sulphura  
 Aquâ calidâ abluimus.

### Sulphur Antim. Auratum.

Scoria à Regulo Antimonii separata,  
 coquantur in Aqua, liquore filtrato, cum a-  
 ceto, vel alio acido, Sulphur præcipiatur &  
 abluitur.

### Sulph. Antimonii Combustibile.

Dissolvimus Antimonium in Menstruo  
 peculiariter ad id preparato, solutionem  
 in Aquam projicimus, ubi statim Sul-  
 phur separi videmus, quod colligimus, &  
 Aquâ

*Aquã calidã ab acredine sua liberamus,  
vel si placet per se sublimamus.*

*Sulphur Vitrioli Anodyn. Mar-  
tiale.*

*Sumimus florum salis Armoniaci  
Martiatorum q. pl. & sal Armoniacum  
Aque simplicis sufficiente quantitate inde  
abluimus, pulvis rubicundus fundum pe-  
tens ab omni salsedine liberatus, aliquan-  
diu calcinatus, est Sulphur prædictum.*

*Sulphur Vitrioli Narcotic.*

*Fit ex Limatura Martis pure ℥iv. vi-  
trioli Hungarici ℥viij. mixtis, quibus s.  
g. aceri destillati affunditur, digestum per  
diem, Igne arena ad siccitatem abstrahitur,  
ultimo augendo Ignem ut quodammodo  
rubeat massa, cui, pulverisate, affunditur  
acetum, digeritur ad tinctura extrahio-  
nem, que filtratur, & Oleo Tartari præci-  
pitatur, tandem Sulphur, quod fundum  
petet, edulcoratum exiccatur.*

*Sulphuris ens s. gash.*

*Fit si Sulphur sub campanã, vasi Aquã  
pleno imposita, ad sufficientem impragna-*

*tio-*

tionem Aquæ sæpius accensum deflagra-  
mus.

T.

Tabaci sp. & Oleum.

Vide Sp. & Oleum Tabaci.

Tartar. Antimoniat.

Summus Cremoris Tartari lbi. florum.  
Antimonij ʒij. coquimus in s. q. Aquæ sim-  
plicis, filtramus & Aquam ad siccitatem e-  
vaporamus.

Tartari Balsamum.

Summus Olei Tartari per deliquium ʒix.  
Cremoris Tartari ʒviij. digerimus per bidu-  
um, deinde ad siccitatem evaporamus, ex-  
trahimus inde Tincturam, vel cum Spiritu  
Vini, veletiam cum sp. aceti, quousque tin-  
gatur, quam filtratam ad mellaginem ab-  
strahimus.

Tartari Cremor.

Vide Cremor Tartari.

Tart. Chalybeatus.

Crystallorum Martis ʒi. solvimus in A-  
qua fumarica q. s. solutionem incorpora-  
mus cum Cremoris Tartari ʒx. & ad sicc-  
tatem evaporamus. *Alius*

*Solvimus Vitrioli Martis ℥i. in s. q. succi acetose depurati. solutionem incorporamus, cum Cremoris Tartari ℥vi. & lenissimo Igne exsiccamus.*

## Tartarus Emeticus.

*Fit ex cremoris Tartari & Croci metallo-  
rū ana q. pl. qua mediante calore in Aquā  
destillata, vel serpilli, vel menta, dissolvi-  
mus, filtratū liquorē ad cuticulā si crystal-  
los desideramus, vel ad siccitatē evaporamus.*

## Tartarus solutus Junckii.

*Olei Tartari per deliquium q. pl. supra  
Ignem ebullitur lentē, & per vices Cremor  
Tartari pulverisatus tam diu injicitur,  
dum nullus amplius solvi velit, tunc filtra-  
mus liquorem refrigeratū & vel sic asser-  
vamus, vel etiam ad siccitatē evaporamus.*

## Tartarus Vitriolatus,

*Oleo Tartari per deliquiū, Oleum Vitrioli  
guttatim Tantū infundimus, dū effervescentia  
cesset, deinde ad siccitatem evaporamus.*

## Tartarus Vitriolatus Antimonialis.

*Recipimus florū Antimonii ℥ij. Cre-  
moris Tartari ℥iv. coquimus in sufficiente  
quantitate aqua simplicis, filtramus cali-  
dē,*

dè, addimus Salis Tartari ℥i. evaporamus ad siccitatem, & paulatim instillamus, Olei Vitrioli q. s. pro saturatione, rursusque exiccamus, postea in Aquâ simplici solvimus, filtramus & ad siccitatem evaporamus.

**Tartarus Vitriolatus Emeticus Pur-**  
**gans.**

Liquefacimus in Crucibulo, Salis Tartari ℥i. addimus Vitri Antimonii per separati ℥ij. cum bene mixta fuerint effundimus, solvimus Aquâ communi, filtratūque ad siccitatem evaporamus, tandē paulatim addimus Olei Vitrioli q. s. exiccamus, & usui reservamus, vel etiam procedimus solvendo, filtrando, & crystallizando.

**Terra dulcis Vitrioli.**

Fit ex capite mortuo Vitrioli Anglicani, ad dulcedinem abluendo.

**Terra rubra Vitriol. F. W.**

Vitrioli calcinati ℥ij. in Olla per horam candefacimus, frangimus deinde Ollam, & Vitriolū in aceto aliquā diu coquimus, afundendo in sine Aquâ fontanā, quā ad medium evaporatā, postquam aliquantulū ab igne remota steterit, decantamus, quod in Ollā remanet, aliā Aquā affusa rursus coquimus, dum rubro colore liquor tinctus



fit, tunc decantamus novamque rursus affundimus, procedendo ut prius, dum Aqua non amplius tingatur. Confusos deinde hos decantatos liquores ad siccitatem Terra Rubra evaporamus. Terram hanc rursus candefactam in Aquam conjicimus, coquimus, liquorem tinctum decantamus, aliam affundimus, hunc laborem repetentes dum liquor non amplius tingatur. Tandem liquores omnes ad siccitatem evaporamus, Terramque relictam, rursus candefactam in Aquam conjicimus uti jam dictum, coquendo, decantando & evaporando procedimus. eandem Terram relictam & siccitam ad usum servamus.

#### Tinctura Absynth.

Extrahitur ex floribus & seminibus absynthii per spiritum Vini.

#### Tinctura Antimonii. Prima.

Vitrum Antimonij, per se factum, & pulverisatum, cum aceto destillato tam diu digerimus, dum illi tincturam communicaverit, deinde filtramus, & ad siccitatem in Balneo abstrahimus. postea Aquam calidam dissolvimus, filtramus, & rursus ad siccitatem

tem

tem evaporamus, remanentia Spiritum  
Vini affundimus, digerimus, dum is Rubro  
colore tinctus sit, quem tandem filtratum  
servamus.

### Tinctura Antimonii secunda.

Scoria, reguli Antimonij cum Spiritu  
Vini digeruntur dum Rubro illum imbu-  
ant colore, tandem filtrando ab eo sepa-  
rantur.

### Tinctura Antimonii Vomitiva

#### Tertia.

Vitrum Antimonij in subtilem pulve-  
rem conterimus, indimus matraccio, affun-  
dendo Spiritus Veneris rectificati q. s. di-  
gerimus usquedum rubicundo is colore tin-  
ctus sit, deinde decantatus, à tinctura per  
Retortam leni Igne abstrahitur, ad aliqua-  
tem humoris remanentiam, cui Spiritum  
Vini affundimus, digerimus per aliquot  
dies tandem filtratum ad placitam consi-  
stentiam abstrahimus.

### Tinctura Asæ Foetid. Bals. Tolut.

#### Benzoini.

Extrahuntur cum Spiritu Vini rectifi-  
cato, postea filtrantur. Tinct.

## Tinct. Bezoardica.

Recipimus Theriaca Andromachi ℥vi.  
 Rad. Serpent. Virginiana, Anglic. Enula,  
 Zedoaria, ana ℥ ij. Croci Anglic. ℥ij. Herb.  
 Scordii, Ruta, ana ℥p-i. Cinamel. Cort.  
 Citri, Myrrha ana ℥i℥. opii ℥℥. incisa &  
 contusa cum Spiritus Bacc. Junip. rectific.  
 Sambuci ana ℥iij. Sp. Tartari rectific.  
 ℥i℥. Sp. Vitrioli ℥℥. digerimus f. a. can-  
 dem filtramus, addimus Salis Succini ℥ij.  
 Camphora ℥ ij. & procedimus digerendo.

## Tinct. Castorei.

Fit ex Castoreo cum Sp. Cast. digerendo.

## Tinct. Corallorum.

Fit uti Tinctura Antimonii, nisi quod in  
 prima extractione aliud Menstruum sumamus.

## Tinct. Corall. Poterii.

Vide Sp. Corallorum.

Tinct. Croci, Galbani, Guajaci,  
 Gum. Ammon.

Fiunt cum Sp. Vini uti Tinctura Asa Fœ-  
 tida.

Tinct.

(63)

Tinct. Galbaneti.

Galbaneti Sennerti ꝑ. ꝑ. Tinct. Tartari  
Ibi. miscemus circulando ad omnis Tinctura  
re extractionem, tandemque Oleum Tere-  
binthinae s. a. à Tinctura separamus.

Tinct. Hæmatit.

Hæmatites sublimatur cum Sale Armo-  
niaco, ex hoc sublimato, cum Spiritu Vini  
Tinctura extrahitur.

Tinct. Martis Mynsicht.

Limatura Martis cum Salis Armoniaci  
ana sublimatur ex Capite mortuo deli-  
quans liquor, filtratus, ad siccitatem eva-  
poratur, unde cum Sp. Vini rectificatis s. mo  
Tinctura l. a. extrahitur.

Tinct. Myrrhæ.

Ex Myrrhâ cum Sp. Vini extrahitur.

Tinct. Perlarum.

Fit ex Perlis uti Tinctura Corallorum.

Tinct. Piperis.

Extrahitur cum Sp. Vini.

Tinct. Salis Tartari.

Sal Tartari in Crucibulo Igne folliū lique-  
fit, dum cœruleū vel rubrū acquirat colorē.  
de.

deinde in mortarium effusum contundi-  
tur, & cum Spiritu Vini Tinctura l. a. ex-  
trahitur.

Tinct. Succini,

Cum Sp. Vini è Succino pulverisato ex-  
trahitur.

Tinct. Sulph. Terebinth.

Balsamum Sulphuris Terebinthinatum  
ad siccitatem in Balneo Maria coquitur,  
hac massa pulverisatur, & cum Spiritu  
Vini Tinctura inde extrahitur.

Tinct. Sulph. Tartarif.

Florum Sulphuris ʒi. & Salis Tartari  
ʒij, l. a. colligantur, unde Spiritu Vini  
Tinctura extrahitur.

Tinct. Veneris.

Miscetur Vitrioli Veneris ʒi. cum Salis  
Armoniaci ʒij. super Ignem in Crucibulo l.  
a. unde Spiritu Vini Tinctura Smaragdina  
extrahitur.

Turpet. Minerale cum Ol. Vitrioli  
& Oleo Sulph.

Sumimus Mercurij ℥i. & inde tantun-  
dem Olei Vitrioli vel triplum Olei Sulphu-  
ris,

ris, cum binis cochleis ad siccitatē abstrahi-  
mus, massam albam qua in fundo Retortae  
est, contundimus, qua affusione Aquae calidae  
in flavum pulverem conversa abluatur, &  
siccatur.

Tutia praepar. Wurtzii.

Tutiam pulverisatam & candefactam  
ter in Aquā Chelidoniae extinguimus.

V.

Vitriolum Camph.

Vitrioli calcinati lbj. affundimus Cam-  
phora Sp. Vini solutae ʒij. & lento Igne Spi-  
ritum inde abstrahimus.

Vitriolum Martis.

Vide Sal Martis.

Vitriol. Roman. Calcin.

Calcinatur leni Igne vel Radio Solari.

Vitriol Veneris.

Vide flores virid. Aëris.

Vitrum Antim.

Antimonium supra regulam in Cinere-  
um pulverem calcinatum, Igne folium in  
Vitrum colliquatur.

Vi-

(68)

Vitrum Saturni.

*Minium Igne follium in Vitrum con-*  
*fluit.*


Urinæ Sal fixum.

*Urinam ad siccitatem evaporamus &*  
*massâ relictâ solvendo, filterando, & evapo-*  
*rando, sal elicimus, quod s. a. purificatum*  
*& fixatum ad usum servamus.*

FINIS.




iv











(59)  
tionem Aquæ sapius accen-  
mus.

T.

Tabaci sp. & C

Vide Sp. & Oleum Tab

Tartar. Antis

Sumius Cremoris Tart

Antimonij Zij. coquimus

plicis, filtramus & Aquam

vaporamus,

Tartari Balsa

Sumimus Olei Tartari p

Cremoris Tartari Zij. d

um, deinde ac siccitatem e

trahimus inde Tincturam

Vini, veletiam cum sp. ac

gatur, quam filtratam ac

strahimus.

Tartari Crem

Vide Cremor Tartari


Tart. Chalyb

Crystallorum Martis 3

qua sumaria q. s. solut

mus cum Cremoris Tart

tatem evaporamus.



the scale towards document

092

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.